

in signam severioris vite, & legem in membranis per modum coronae in fronte, ac capite circumponerant ostendentes semper memoriā legis se habere juxta illud Deuteronom. 6. n. 8. & inde in multo honore habebantur apud populum, & Paulus ante suam conversionem fuit Pharisaeus infra in hoc lib. cap. 23. n. 6. & ad Philipenses cap. 3. n. 5.

QUAESTIO XX.

Quare Gamaliel tali modo loquitur in Concilio, & quisnam esset?

158. Ab hoc secundo incipio, Gamaliel, ex Hebraeo idem valet, ac retributio mea Deus, vel ablativus Dei, vel Camelus meus fortis, ut ex nominibus Hebr., habet Pagninus, & optime conveniunt Gamalieli; Ipse enim fuit sanctitate praesignis, ut habet Martyrologium Romanum die 13. Augusti, dicens: Ierosolymis inventio corporis Beatissimi Stephani Protomartyris, & sanctorum Gamalielis, Nicodemi, & Abibonis, ejusque sanctitatis eximia magnum indicium est, ut notat Baro, anno Christi 34. Scertum quod, à primitivis Christianis fuisse sepultum apud Corpus Sancti Stephani, & cum ipso ejus corpus fuerit divina revelatione inventum, ut habetur ex Martyrologio Romano.

160. Fuit vir magnae auctoritatis, valde honorabilis, & in magno pretio habitus ab omnibus, insignisque legis doctor, fuit Magister Sanctorum Stephani, Barnabae, ac Pauli, ut testatur Lucianus in libro de inventione corporis Sancti Stephani; fuit etiam naturalis pater Abibonis, de quo Martyrolog. citat, & ex talibus filiis tam naturalibus, quam moralibus collige qualis ille fuerit.

161. Gamaliel Christianis, ac Apostolis favebat, an modo tempore hujus Concilij esset jam baptizatus, & Christianus? Affirmat Clemens libro primo Recognit. cap. 9. & 10. Beda in Reclasi Acta in cap. 5. Id tamen negat in praesenti Chrysof. Apostolorum periuasione fidem suam occultabat; ut in Concilio melius posset Apostolos tueri, & Consilia Pontificum contra eos dissipare, ac destruere, & ut notat citatus Clemens lib. 5. constit. cap. 3. Apostolos plagis affectos, ut dicitur infra vers. 40. à Concilio dimissos, id plane nequaquam ex sententia Gamalielis fuisse factum, sed mandato Caiphæ, Annæ, Alexandri, & aliorum.

162. Cum David fugeret à facie Absalon totus erat deprecans Deum: Insuper quaso Domine consilium Achitophel, tunc occurrit Davidi Chusai valde senex, cui ait David: Si veneris mecum eris mihi onus, si autem in civitatem revertaris, dissipabis Consilium Achitophel. Reg. 15. n. 33. Magis proficius erat Chusai David manens cum suo adversario, ad reprimenda, ac destruenda consilia data contra ipsum, quam si ei esset comes in via; nam si in itinere esset socius erat ei onus, si in Concilio adversarii multum adjovamen Abulens. ibi q. 36. ait: Magis utilis esset Chusai in negotio David, si iret in Jerusalem, nam ait David si veneris mecum, eris mihi onus, ac inutilis.

163. Nicodemus Princeps Judaeorum venit ad Iesum nocte. Ioan. 3. n. 2. Si Princeps, & magnus cur non clare,

& patenter venit, ut notavi tom. 2. in Evangel. cap. 3. q. 5. n. 25. & ut ibi dixi: Venit nocte, ut bonus, & prudens, ut bonus homo, venit ad lumen fidei, ut de via salutis haberet documēta, ut prudens sub noctis umbra, ut cautē cum Christo loqueretur, ut sic posset ei melius inservire, ut iniqua Consilia Judaeorum dissipando, ut efficaciter praestitit in Concilio, dum Judaei volentes comprehendere Christum, ipse Nicodemus restitit, dicens: Nunquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audierit ab ipso. Ioan. 7. n. 50.

Actor. 5. num. 35. Dixitque ad illos: Viri Israelitae, attendite vobis super hominibus istis, quid acturi estis.

Num. 36. Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem, cui cōsensit numerus virorū circiter quadringentorū, qui occisus est: & omnes, qui credebāt ei dissipati sunt, & redacti ad nihilum.

Num. 37. Post hunc extitit Judas Galilaeus in diebus professionis, & avertit populum post se, & ipse periit, & omnes quotquot consenserunt ei dispersi sunt.

Num. 38. Et nunc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis, & finite illos, quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus dissolvetur.

Versiones,

CVM EXPOSITIONE XI.

164. Veri. 35. **M**iri Israelitae: Eos Israelitas dicit, ut ait Lyranus tanquam in prophetiis, ac lege eruditos demoliens verbis, benevolentiam captans: Attendite vobis super hominibus istis. Arabicus Quid intendatis agere de negotio istorum hominum. D. Chrysof. Prospicite vobis: Eos, ut notat idē Chrysofomus, ad matuturum, & consideratum consilium exhortatur, ne furore, ut ira correpti sententiā aliquam praecipitem proferant, ideoque ait: Attendite vobis cum sitis iudices, & non furore, ac ira repentina commoveri; nam praecipit sententiā ruinam secum afferit: ait Laetius lib. 1.

165. Veri. 36. Ante hos dies extitit Theodas. Syriacus Ante hoc tempus surrexit: frequens est in scriptura dies poni pro tempore, iste Theodas ferē post medium imperij Augusti, & circa viginti annos ante Christum, de quo dicam quaestione sequenti: Dicens se esse aliquem. Syriacus Dixerat de se ipso se esse quid eximia Arabicus: Quod esset vir praclarus, & Ethiopicus: Magnificavit se ipsum. Arias esse aliquem se ipsum magnum. Graecus: Dicens se esse Rab, seu Rabbi, id est magnum Doctorem, seu Prophetam. De illis vero, qui ad eum accesserunt dicam quaest. sequenti.

166. Veri. 37. Post hunc extitit Judas Galilaeus, Syriacus: Surrexit Judas Galilaeus ex Galilaea natus, & ab ipso ejus secta nomen Galilaeorum habuit, qui acriter negabant non esse licitum Judaeis, eum qui erat sub dominio Dei, alium Dominum, scilicet Caesarem, cognoscere, illique tributum dare, de quo latius q. 22.

167. In diebus professionis, Syrus Quibus diebus descripti sunt, quique in pecunia capitati. Arabicus In diebus census, Arias: In diebus descriptionis: Dicuntur dies descriptionis, quando scilicet Exiit edictum à Caesare Augusto, ut describeretur universus orbis Luc. secundo, numero primo; dicuntur autem dies professionis, quia illa solutione census, ac

ac descriptione omnes profitebantur se Caesari subditos, ac proinde hoc contigit primo, vel secundo anno Nativitatis Christi Domini: Et omnes redacti sunt ad nihilum, omnesque sunt destructi, ac dissipati, ut dicam quaest. 22.

168. Veri. 38. Et nunc itaque dico vobis discedite ab hominibus istis. Syrus Abstinetē vos. Ethiopicus: Sinite, & non ledatis eos, id est nolite vos introumitere in negotio horum hominum, nec eorum praedicationem approbando, nec reprobando. Quoniam se ex hominibus consilium hoc. Syriacus: Si ex hominibus est haec cogitatio, & opus deficient vel. ca. abunt. Arabicus: Et transibit hoc, & peribit: Ut probat Gamaliel citatis exemplis.

QUAESTIO XXI.

Quare Theodas tam cito periit, & quisnam esset?

169. Theodas iste valde diversus est ab alio, de quo Josephus facit mentionem lib. 20. antiq. nam Theodas Josephi extitit multis annis post hanc orationem Gamalielis sub Claudio Caesare; nos ter autem, de quo agitur in praesenti fuit antecedenter sub Augusto Caesare, nisi fortasse dicatur, Theodas, de quo agit Josephus extitit filius, aut nepos nostri Theodae, quod rebellionem sopitam suscitare, patrisque, vel Avi necem vindicare conatus.

170. Sub hoc tempore Nativitatis Christi intelligebant Iudaei ex oraculis Prophetarum, ac ex Sceptro Iuda in Herodem alienigenam translati adesse tempus Messiae, qui Iudaeis patrocinium ferret, & toti Orbi imperaret, cujus intelligētiā, ac cognitionis meminuit Tacitus lib. 12. & ideo hac de causa per id temporis multi pseudo Christi, seu seditiosi, qui pro Messia haberi, ac venerari voluerūt, de quibus tacito nomine, ac cognominē facit mentionē Ioseph. lib. 8. Antiq. Hic autem Theodas, seu Theudas, ut Beda, Glossa, Lyranus, Carthusianus, & alii ex Iosepho lib. 20. Antiquit. cap. 1. referunt, cum multis ex Urbe Ierosolymitana facultates sustulisset suis persuasit obfidere ripas Iordanis, cumque esset magus Prophetam se venditabat promittens se diviso fluvio transitum praebiturum. Huic jussu Cuspji Fidi Romani procuratoris superveniente equitū copia, multis ex ejus adherentibus interfectis, vel captivis, ipsius caput amputatum fuit, & in urbem delatum.

171. En causa, & ruina hujus miserabilis, quia de se ipso jactabat esse quid magnum, eximium, praclarum & magnificum, ac prophetam, ut patet ex versionibus ad vers. 36. & qui ita super ceteros se voluit extolle, ut solus ipse omnia sibi arrogaret, inde alto Dei judicio sic deprimitur, ut ipse cum suis adherentibus sic cadat, & tanquam ad nihilum omnes redigantur; dissipati sunt, & redacti ad nihilum.

172. Maxime dignum est in quaestione vocari cur Petrus ex omnibus Apostolis, omniumque caput, ita graviter cadat, ut dilectissimum Magistrum, à quo tot, & tanta dona acceperat, ter neget? Non novi hominem; nescio quid dicis. Cum Christus D. dixisset: Omnes vos scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Matth. 26. nu. 33. Et rursus ait: Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo ibidem nu. 35. Petrus supra omnes se extollebat, ac praesumebat, quod nec scandalizaretur, nec negaret, infra omnibus habet scandalum, & negat, Pulchre D. Augustin. epist. 120. ait: Petrus ex egregio praesumptore, tam creber negator effectus est. Ex multa praesumptione ad miserabilem casum. Ex consilio serpentis comedunt primi Parentes

de pomo vetito tanquam sibi persuadentes Deos futuros, ac omnipotenti Deo aequales evadere posse: Tunc Deus clemēs venit in Paradysum, vocans eum, & dicens: Adam ubi est? tunc subdit textus: Cui audis sent vocem Domini Dei ambulantis ad auram post meridem abscondi se Adam, & uxor ejus Genes. 3. nu. 8. Nonne illi magni Progenitores tantā audacia fuerūt pleni, ut sibi persuaderent posse constitui Deos, & omnia sub eorum nutu, ac imperio cōtinere, cur modo ad unam blandam vocem fugiunt? Cum tam altos, & sublimes ausus supra omnem naturam conceperant, ut aequales fieri Deo intenderent, inde tam miserimē pavidi, & timidi evadunt, ut ab una leni voce omni vehementi conatu se abscondere contentant. D. Athanas. orat. in Assumpt. Virg. ait: Generis nostri origo sub arbore se abscondit, fugit ad strepitum justē de divinitate persuasa. Qui tantum se voluerant exaltari, ut de divinitate praesumerent, in de in tantam infirmitatem, atque animi fractionem devenerunt ut ad tenuem quandam vocem, atque ad levem unius folii strepitum, ac motum, fugam sibi arripiunt.

QUAESTIO XXII.

Quare Judas Galilaeus, & sui adherentes graviter perierunt?

173. Iste Judas Galilaeus natus ex Galilaea, quae erat Provincia confinij Iudaeae, & maxime in rebus religionis disceptabat, extitit Auctor cujusdam sectae, quae ad ipso Authore Galilaeorum obtinuit nomen. Vixit autem iste tempore Nativitatis Christi D. quando descriptio totius orbis facta est ab Augusto Caesare Luc. 2. n. 1. tributo persoluto, quod ab Augusto fuit imperatum. Primo Ut omnes se ipsos Caesari subditos profiterentur. Secundo In signum subjectionis solvebant censum. Tertio Describebantur in tabulis Caesaris, ut ipse sciret quot, quantaque gentes, ac provinciae illi erant subiectae tum ad solvendum vectigal, tum ad numerum militum, si necessarii forent, cognoscendum.

174. Tunc surrexit, seque opposuit Caesaris procuratoribus Judas iste Galilaeus, & rebellionem excitavit in populo, dicens: Non esse licitum populo Dei, qui eum eduxit de Aegypto, alium Dominum praeter ipsum cognoscere, nec alicui alteri tributum solvere, nisi ipsi soli Deo, quod pertinaciter ad mortem usque defendebant; hac de causa Romanus Praefes armata militum manu Iudam ipsum multis cum sequacibus occidit, de quo Iosephus libro decimo-octavo Antiquit. capite primo, & libro 20. capite quinto, & capite tertio addit duos filios Iudae hac de causa sub Claudio Imperatore fuisse crucifixos.

175. Et quamvis ipse Judas cum multis sequacibus fuissent occisi, multi tamen remanserunt: & ideo haec secta, & hic error tempore Christi perduravit, & hoc propter hanc quaestione proposuerunt adversarii, Christo D. Matth. 22. n. 16. & 17. An liceat censum dare Caesari? ut ibi notat D. Hieronymus, & isti Galilaei sunt, quos occidit Pilatus, quorum sanguinem miscuit cum sacrificiis eorum Luc. 13. n. 1. ut ibi dixi tom. 6. in Evangel. & haec secta, seu rebellio in Romanos occasionem praebuit Tito Vespasiano Ierosolymam excidendae, ac penitus devatandae.

176. Regibus, ac Principibus obediendum usque ad debitum tributum persolvendum; ad hoc Paulus Apostolus nos exhortatur Rom. 13. num. 1. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit & n. 7. cui tributum tributum, cui vectigal vectigal sit & ad Titum

Deut. 6. Act. 23. Philip. 3. 158. Chrysof. Syriac. Lyra.

158. Gamal. Virtus insign. Pagnin. Martyr.

Baron.

160. Doctor insignis.

161. Multum favorebat Apostolis.

D. Clem. Beda.

162. Amicus occultus in Concilio multum utilis. 2. Reg. 15.

Abulens.

163. Ioan. 3.

Nicod. Ioan. 7.

168. Syrus. Ethiop.

Syriac. Arab.

169. De tempore Ioseph.

170. Tempus Nativitatis Christi tempus Messiae. Tacitus.

Ioseph. 171. Quis esset. Theodas Beda. Glossa. Liran. Carthuf. Hugo.

172. Qui mentem se exaltat deprimitur.

173.

Ex multa praesumptione magnum lapsus. Matth. 26.

174.

164. Lyran.

Arabic.

D. Chrysof.

Laetius.

165. Syriac. De tempore quo extitit.

Syriac. Arabic. Ethiop. Arias. Graecus.

166. Syriac.

167. Syrus. Arabic. Arias.

Luc. 2.

ac

Gen. 3.

Ex multa audacia magna timidi.

D. Athan.

173.

Cur exigerentur tributum.

176.

Judas Galilaeus sui adherentes sectae erroris.

Ioseph.

177.

Matth. 22. Causa devaluationis per Titum Luc. 13.

178. Regibus tributum deditur.

Titum cap. 3. num. 1. Admone illos Principibus, & potestatibus subditos esse. Et hoc etiam probatur ex Ieremia 38. num. 17. qui persuadebat populo obedire Regi Chaldaeorum, & ex 2. Paralypom. cap. ultimo num. 17. ubi reprehenditur Sedechias Rex Judae, quod fidem detam Nabuchodonosori fregit. Tandem Christus Dominus omnium Magister citato cap. 22. Matth. num. 21. ait: Quae sunt Caesaris Caesaris, quae sunt Dei Deo: ubi multa de hac re, ac de tributis solvendis dixi.

179. Tributa debent imponi à Regibus, quae sunt necessaria, non vero cum excessu, ac nimietate: tunc enim sunt valde onerosa, atque odiosa. Potentissimus Nabuchodonosor representabatur in valde procerâ, & magnifica arbore, cuius culmen pertingebat Caelum, de qua agens Daniel cap. 4. num. 9. sic inquit: Folia ejus pulcherrima, & fructus nimius. Pulchritudo solum erat in foliis, in fructibus nimietas; pulchritudo grata, & delectabilis, nimietas vero odiosa, atque invisa: Arbores frequentet nobilitantur ex fructibus, sic dicitur Genes. 3. nu. 6. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad comedendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile. Cor ergo Danielis arboris fructus nec pulcher, nec gratus, neque aspectu delectabilis dicitur, sed tantum de foliis, quod essent pulcherrima? Folia denotabant magnificentiam, & amplitudinem imperij Nabuchodonosoris, quae erat valde elegans, & decora, fructus vero representabant tributa, & exactiones, quos fructus Principes à suis subditis volunt exigere, ac recipere, & si minime sunt valde odiosi, atque ingrati sunt, Theodoretus ibi sic ait: Folia vocat decus illud, quod conspiciebatur in veste, & throno, & regis scutatis hastis satellitibus, ac stipularibus corporis: fructuum vero tributum, quod undique ei afferebatur, idcirco multum fructum, non autem pulchrum dixit; neque enim justum erat, ubi tributum est multum nihil est pulchrum, sed omne invisum, & odiosum.

Afor. 5. num. 39. Si vero ex Deo est non poteris dissolvere illud, ne forte Deo repugnare inveniamini. Conserunt autem illi. Num. 40. Et convocantes Apostolos, caesis denunciaverunt ne omnino loquerentur in nomine Jesu, & dimiserunt eos. Num. 41. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu Concilii quoniam digni habitus sunt pro nomine Jesu contumeliâ pati. Num. 42. Omni autem die non cessabant in templo, & circa domos docentes, & evangelizantes Christum Iesum.

180. Vers. 39. I vera ex Deo est non poteris dissolvere illud. Syriacus: Non est facultas in manibus vestris, ut faciatis illud compescere, vel ut habet alia lectio cessare. Valde prudenter loquitur Gamaliel, non absolute affirmat quod hoc sit ex Deo, ut recte poterat dicere, ut constabat ex miraculis, signis, ac virtutibus Apostolorum, se loquitur conditionate: si vero ex Deo est, ut suum affectum in Apostolos non manifestaret, eo quod sic ejus consilium tamquam ab animo sincero, & integro esset magis acceptabile apud alios iudices furore commotos in Apostolos.

181. Ne forte Deo repugnare inveniamini. Syriacus. Ne reperiamini contra Deum insurgere. Aethiopic. Syriac. Ne videamini, sicut ille, qui cum Deo pugnat. Valde temerarium est Divinae voluntari velle resistere: Nisi Dominus edificaverit domum, in vanum laboraverunt qui edificam eam. Psalm. 126. Conserunt autem illi. Syriacus: Acquieverunt ei. D. Chrysof. Persuasi sunt ab eo. Placuit Consilium Gamalielis, ut non interficerent Apostolos, ut paulo ante vers. 33. constituerant, tamen eorum indignatio non omnino quievit. Unde sequitur.

182. Vers. 40. Et convocantes Apostolos: nam ex Consilio Gamalielis Apostoli iussi sunt foras egredi. Supra vers. 34. Casis denunciaverunt. Syriacus: Flagellaverunt eos. Arias Cadentes: Verbum autem graecum significat verberare excoriare, ne eorum furor in vanum fuisset, & sine causa eos flagellarunt, sicque adimpletum est id, quod Christus Dominus eis praedixit: In Synagogis suis flagellabunt Matthaei 10. num. 17. Denunciaverunt. Syriacus: Praeceptorum. Principes Synagogae flagellis caederunt Apostolos, ut eos detererent à praedicando nomine Jesu; at ipsi flagellis maxime corroborabantur ad praedicandum, cum viderent verba Christi exactissime adimpleta in eis, & quod omnia, quae illi patiebantur à Christo fuisse praedicta. Hujus flagellantis Authores fuerunt Caiphas, Annas, Alexander, non vero Gamaliel S. Clemens lib. 5. const. cap. 2. D. Clem. 183. Vers. 41. Illi quidem ibant gaudentes à conspectu Concilii, non ibant tristes, nec lugentes, sed gaudentes ad majorem Dei gloriam, & suorum inimicorum confusionem, quia eorum flagella in eis non erant causa tristitia, sed gaudij D. Chrysof. Tam fortis, invictaque est virtus, & dum patitur, affligentes vincit, & mox est quippe fortitudinis excellentissimus gradus, non tantum patienter, & libenter, sed lætante quoque adversas res ferre, de quo latius quaestione sequenti.

184. Quia digni habitus sunt pro nomine Jesu contumeliâ pati; Syriacus Ignominiam pati. Arabicus: Qui contempti fuissent. Aethiopicus: Quia portio eorum contumeliâ erat, ut despectus essent propter nomen Iesu: est enim hoc magnum Dei donum. 185. Vers. 42. Omni autem die non cessabant in templo. Mira, & mirabilis est Sanctorum Apostolorum fortitudo, ac constantia; quia nec minacibus verbis, nec duris flagellis tenentur, ut desistant praedicare Jesum Christum: Verbum enim Dei non est alligatum, ut ait Apostolus: mirabilis est etiam stupor Magistratum, qui non possunt cohibere Apostolos à sua praedicatione, sed, ut ait Esther: Quis poterit, Domine, resistere voluntati tuae, si tu decreveris salvare nos cap. 6. num. 13.

186. In templo hoc est porticu Salomonis. Aethiopicus: Sedebant in templo, hoc est cum perseverantia, & animo quieto, & placido, hoc denotat verbum sedere. Circa domos, Graecus De domo in domum. Divus Chrysofomus, Pagninus: In domibus singulis. Vatablus, Tigurina: Domesticatum. Quod faciebant Apostoli tanquam boni, & praeclarissimi Praelati, docebant publice, & privatim: Praedicabant in templo, quando opportune erat conveniens, & quando occasio non dabatur docendi in templo, hoc praestabant per singulas domos, ut illa sancta quatuor animalia, quae non habebant requiem die, ac nocte in laude Dei Apocalypsis 4. numero decimo-octavo.

187. Quare dicit, apostoli flagellati in Concilio non ibant tristes, ac lugentes, sed gaudentes.

188. S. Ther. 188. Psal. 30. In laboribus magna dulcedo solum sanctis nota

QUAESTIO XXIII.

Quare dicit, apostoli flagellati in Concilio non ibant tristes, ac lugentes, sed gaudentes.

187. Ait Textus: quod Casis Apostolis, ibant ipsi gaudentes a conspectu Concilij, non tristes, & lugentes, sed gaudentes, quia summum, ac perfectum gaudium erat illis pro Christo pati; unde ait Apostolus Jacobus cap. 1. num. 2. Omne gaudium existimate frates mei, cum in tentationes varias incideritis. Illud Omne gaudium juxta radicem graecam totum perfectum, plenum, ac consummatum gaudium, & ubi est tantum gaudium cum inciditis in tentationes varias laborum, ac persecutionum, praclare ait D. Nazianzenus orat. 2. de pace, ubi sic habet: Non detrimentum ducentes pati, sed non pati, quod periculorum, quae pro Christo subeuntur, gustum cepimus. Ceperunt gustum in flagellis, arumnis, ac periculis pro Christo, & ideo nihil dulcius, aut suavius erat, & hac de causa dicebat nostra S. Theresia: Domine, aut par, aut mori.

188. Regius Vates Psalm. 30. num. 20. Quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti in mentibus te. Et quoniam est haec magna multitudo, seu ampla, & excelsa, quae ab hominum mente, & oculis est remota, & solum timentibus Deum manifesta, & cognita; nempe multitudo laborum, ac pressurarum, quae etiam mundanorum oculis sit aspera, & acerba, tamen timentibus Deum illam gustantibus dulcissima, & omni suavitate plena: ad hoc respicit Angelus in Apocalypsi. cap. 2. num. 17. cum ait: Vnicuique dabo Manna absconditum; per manna, ut ibi dicitur, intelligitur omnis copia suavitatis, ac dulcedinis, quae solum sapit, atque agnoscit, qui pressuras pro Deo vincit, & superat. D. Bernard. ferm. de S. Andrea ait: Nisi a culpa est, quod non sapit nobis, quae pro Christo est tribulatio, ne gustamus & nos Manna absconditum. Valde jucunda, & delitiosa est tribulatio pro Christo, non tamen omnibus, sed tantum Deum timentibus; de hac dulcedine non gustat mundanus, sed solum justus, & si nobis non sapit ex eo est, quia non pro Christo, sed pro mundo patimur, & toleramus, si pro Christo dicere cum Psalmista Psal. 93. num. 19. secundum multitudinem dolorum meorum, consolaciones tuae lassaverunt animam meam. Et Apostol. 2. Corinth. 7. num. 4. Repletus sum consolacione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Non gaudium, sed superabundans gaudium illi erat in omni tribulatione pro Christo.

189. Ideo Apostolus scribens ad Philippenf. cap. 1. num. 7. ait: sicut est mihi justum sentire pro omnibus vobis, eo quod habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in definitione, & confirmatione Evangelij, socius gaudij mei omnes vos esse. Ait Paulus, quod Philippenfes ei sunt in corde, & vinculis, quia sunt socii gaudij eius; quodnam erat istud Pauli gaudium? D. Chrysofomus Theophylactus, Euthymius, & communiter Recentiores existimant vocari à Paulo suum gaudium, seu gratiam vincula, & tribulationes, quas pro Christo, ac praedicatione Evangelij patiebatur, cujus causa Philippenfes sui socios, ac consortes vocat Theophylactus ait: Vos cordi habeo, quia socij mihi, & participes estis hujusmodi gratia, seu gaudij, hoc est pressurarum, & compendium effecti: Curandum itaque diligenti, ne a vobis vos desincatis, & in malis bisce, & vinculis constituamini. Paulus sua vincula, gaudium suum dicit, & Christus explicans suam Coelestem

190. Beatitudinem, gaudium appellat: Serve bene intra in gaudium Domini tui. Matth. 25. num. 21. eadem phrasi appellat Christum suam Beatitudinem gaudium, ac Paulus suos labores, & persecutiones, quia tam dulce, ac suave est pati pro Christo, ut sit quaedam praebatio supremæ felicitatis, ac aeternæ jucunditatis Coelestis Beatitudinis.

191. Ait Jacobus Pharaoni: Dies peregrinationis meae centum & triginta. Genes. 47. num. 9. De tempore praedicationis contra Antichristum dicitur, quod Elias, & Henoch praedicabunt diebus mille sexaginta sex Apocal. pl. 11. num. 3. Pro quo merito notat Eustathius in exordio sui commentarij in Hexamer. Quare dum tempora committimus, dies autem, non noctes annumeramus: Tempore annorum non solum computantur dies, sed etiam noctes, quae aequali parte tempus absumunt, cur ergo in justis solum numerantur dies, qui semper fuerunt multis laboribus pleni, & arumnis, & sub Antichristo, quales nunquam fuerunt ab initio, cum haec omnia sustineant pro Deo, ipsa obscura, & tenebrosa nox, ut clara, & jucunda dies videbatur, ipsum gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

192. Puniens Deus mulierem ob gustatum pomum vitium ait Genes. 3. num. 16. Multiplicabo arumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios, Graeca exemplaria habent: Multiplicans multiplicabo majores tuos, & gemitum tuum, in tristitia generabis filios. Adamus, quia audivit vocem mulieris in multis castigatur, dicitur maledicta terra in opere suo, & quod terra pro bono semine dabit tribulos, & spinas, & quod in labore, ac sudore comedet panem, & tandem mortis poenam, quod in pulverem revertatur, ac mulier peccati auctrix dolore solo, ac tristitia puniatur, quia haec poena omnium acerbissima, ac durissima putatur, & omnibus collectivè aequivalens, imo & superior. D. Chrysof. epist. 8. ad Olympiam ait: Multiplicans multiplicabo majores tuos, & gemitum tuum: In tristitia generabis filios, nusquam dolor nunquam labor, & sudor, sed maror, & gemitus, & illa, quae ex his vindicta descendit doloribus, & infinitis moribus est casualis, imo etiam multo deterior. Expènde ultima verba.

193. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

194. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

195. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

196. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

197. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

198. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

199. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

200. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

201. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

202. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

203. Gaudium patendi pro Deo noctis caliginem vertit in lucem diei, sic ait Regius Vates Psal. 138. num. 12. Quia tenebrae non obscurabuntur à te, & nox si ut dies illuminabitur, sicut tenebrae ejus, ita & lumen ejus.

QUAESTIO